Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0002-2

2085.
21
1611, 7

COLLEGII FEUDALIS PUBLICI ET ORDINARII DISPUTATIO DECIMA

DE

AMISSIONE FEUDI

QUAM

DEO DUCENTE

Ex consensu & auctoritate Nobilissimi & Amplissimi JCtorum ordinis in inclyta SALANA.

SUB PRÆSIDIO

Viri Clarissimi & Consultissimi

Dn. WOLFGANGI WERTHERI

Mülpfort / J. U. D. & curiæ provincialis advocati dignissimi

In auditorio JCtorum discutiendam proponit

HERBORDUS Nack Erphordiens.

Ad diem 13. *April.*

JENÆ

TYPIS JOHANNIS WEIDNERI

ANNO SALUTIS

cIↃ IↃC XI.

Amplisso et Consultisso viro, Dno Magno Erbfeldry J. U. D. Electoralis Scabinatus apud Lipsienses assessori dignissimo, promotori fautori et affini suo colendissimo, iubet offerri Pses.

VIRO

Amplissimo & Consultissimo

DN. SEBASTIANO

NÆVIO JCTO ET REIPUB.

ERPHORDIENSIS SYNDICO

GRAVISSIMO

NEC NON

Prudentissimo & spectabili VIRO

DN. RUDOLPHO Jüngern Rei-

pub. ejusdem Senatori prima-

rio, cognato

Patronis meis ætatem colendis

Hasce theses meas feudales

In debitæ observantiæ

testimonium

Consecro & inscribo

Herbordus Nack.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0004-3

HERBORDO NACKEN
affini meo S.

JUs feudale ſuos commendat jure vaſallos
Regis & ad magnum promovet arbitrium.
Nonne, *HERBORDE*, ſat eſt? En mirum.
Feuda vaſallus
Ut ſæpè amittat dum catus ore doces,
Accipies placito dominorũ feuda. Sit, opto,
O ſit ita. *ET CURAS DIVITIAE REDAMANT.*

M. Thomas Sagittarius Log. & Metaph. Profeſſor publ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0005-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0006-5

COLLEGII FEUDALIS

DISPUTATIO

DECIMA.

HERBORDO NACKEN

RESPONDENTE

Thesis I.

MOdos, quibus feuda constituuntur & acquiruntur, sequuntur modi, quibus ea constituta & acquisita amittuntur. De illis quia præcedentibus actum, de his ut nunc paucis videamus, consequens est.

Naturâ enim ita comparatum est, ut omnes res certis modis nascantur & acquirantur, certis etiam modis pereant & amitttantur. Quem naturæ ordinem JCti in multis juris civilis capitibus tradendis secuti sunt: in patriâ potestate, Inst. de patr. pot. & tit. quib. mod. jus patr. pot. solv. in tutelâ, Inst. de tutel. & tit. quib. mod. tut. fin. in testamentis, Inst. de testam. ord. & tit. quib. mod. test. infirm. in matrimonio, ff de ritu nupt. & tit. de divort. & repud. Rectè igitur de illis priore loco & posteriore de his agitur. Nam cum privatio præsupponat habitum, l. decem 116. ibi Dd. ff de V. O. utique amitti nequit, quod in rerum naturâ adhuc nondum existit. Quippe ars imitatur naturam, § minorem 4. Inst. de adopt. Ergo & natura prius priore, posterius posteriore loco collocat, quæ unica & perpetua ut naturæ, ita & methodi artificiosæ lex est.

II.

Feudum igitur legitimè acquisitum penes vasallum (a) *ejusq; heredes manet, donec vel extinguatur* (b *vel amittatur.*

(a) c. un.

(a) c. un. in pr. de nat. feudi c. un. in pr. de feudo sine culpa non amitt. c. un. § fin. quo temp. mil. Francis. Curt. Jun. part. 2. q. 12. n. 4. & 5. de feud. Hartm. Hartm. obs. feud. 23. Quod jure veteri secus fuit, quo feuda tanquam precaria quædam beneficia pro lubitu concedentis auferri poterant, usq; dum reciperetur, ut per annum essent irrevocabilia, quod deinceps progressu temporis ad vitam vasalli productum est: Postmodum facta sunt hereditaria, c. un. § & quia vidimus, de his qui feud. dar. pos. Quæ jure novissimo ita stabilita sunt, ut nec summus princeps ratione absolutæ potestatis illa sine justâ causâ vasallis eripere valeat, d. c. un. de nat feudi, Laudens. in d. c. un. § notandum est n. 7. & ibid Præpos. n. 1. Decian. 1. respons. 23. n. 1. vol. 1. Borch. c. 8. n. 2. Quia Principi Romano non licet alteri jus suum contractu quodam quæsitum auferre l. 3. C. de resc. vendit. l. 5. C. de revoc. donat. l. 12. C. de rei vindic. Ratio repetitur ex l. 14. & 66. de condict. indeb. l. 206. de R. J. c. locupletari de R. J. in sext. l. 2. § 10. ff ne quid in lo. pub. l. 12. § 1. de distract. pign. l. 16. de serv. rust. præd. l. 17. § 4. de Instit. act. Unde infertur, ex jure naturæ esse, quod nemo debeat locupletari cum alterius jacturâ atq; injuriâ. At si Princeps ex plenitudine Majestatis citra justam causam rem vel jus privato tollere vel eripere posset, tunc ille locupletaretur cum alterius jacturâ atque injuriâ; At hoc non potest. Ergò nec illud. Ratio connexionis est, quia Princeps sive Imperator ratione juris naturæ habetur pro privato, arg. l. 1 de constitut. Principum l. 3. § fin. l. 4. de recept. arb. l. 13. § 4. ad SCtm. Trebell. Bodinus lib. 1. c. 8. p. 128. Cui consentit l. ult. ff de nat. restit. ubi Imperator ne quidem natalium restitutione patrono invito jus patronatus in liberto auferre potest. Huc accedit, quod etiam jus Principi in præjudicium agnatorum vasalli defuncti filium naturalem ad feudi successionem legitimandi denegatum sit, ut planum est ex iis, quæ scripta reliquerunt Dd. nostri in l. Gallus 29. § & quid si tantùm ff de lib. & posth. & Bl. consil. 19. vers. his præmissis lib. 4. Confert eodem vulgata illa juris regula: Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, l. 11. de R. J. Quæ regula, cum in naturali ratione subsistat, indeque suam vim trahat, perpetua esse intelligitur, § pen. Inst. de J. N. G. & C. l. 8. l. 188. §. 1. de R. J. Quare non minus in Principe atque in privato obtinet, ut contra alios egregiè peritissimus JCtus Hispanus Didacus Covarr. disputat, lib. 3. var. resolut. cap. 6. n. 8. & in c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. § 11. n. 3. & in epit. de sponsal. 2. part. cap. 6. § 9. n. 3. & 4. Et certè Principis nomine non est dignus, si naturali ratione parere neget, c. ult. 2. q. 1. Habet enim jurisdictionem suam & potestatem à DEO, non ut peccatis indulgeat, sed naturalis rationis dictamen sequatur, Br. inl. fin. C. si contra jus vel util. pub. & refert Paris. consil. 12 incipient. Transactio ista celebrata n. 200. vol. 2. Quin etiam ne quidem ex causa utilitatis publicæ alii suum auferre potest sine justi pretii refusione, l. venditor 13. §. 1. ibi: invito te nec privato nec publico nomine ff. comm. præd.

l. 2. ubi

l.2. ubi Bl. C. pro quib. caus. servi libert. pro prœmio accip. Dd. in c. quæ in Eccles. de constitut. Jas. in l. 3. n. 36. & seq. ff de off: præt. Non obstat, quod Imperator vocatur mundi dominus, l. deprecatio 9. ff ad L. Rhod. de jactu, quodq; omnia Principis esse jactantur, l. 3. vers. quæ enim differentia, C. de quadr. præscript. sed & illud maximè, quod ll. solutus l. Princeps 31. ff de LL. quodq cum alterius etiam incommodo jus aliquod concedere alii posse dicitur, l 2. § 16. ff ne quid in loco pub. Quia horum & similium probam conciliationem placida nobis collatio suggeret. (*b*) VVesenb. c. 15. n. 1. & seqq. de feud. Schön. vol. 1. disput. 10. th. 1. Exemplo ususfructus, qui sine culpa extingui; puta si per se & sua natura finitur, nempe morte aliisque modis; & si culpa usufructuarii intervenerit, veluti, si is non utatur per tempus & modum, amitti propriè dicitur, Jul. Paulus lib. 3. recept. tit. 6. Verùm hac subtili & curiosâ distinctione Pauli, cum de re constat, non opus esse putaverim, cum præsertim & ipse Imperator hanc differentiam neglexerit, promiscuè utens his terminis *finiri vel admitti* usumfructum, § fin. Inst. de usuf. Rittersh. lib. 2. partit. feudal. cap. 5. n. 1.

III.

Extinguitur interitu vel ipsius rei (a) *vel obligationis feudalis.* (b) *Interitu rei; veluti incendio, chasmate, terræ motu* (c) *inundatione* (d) *calamitate belli* (e) *& aliis similibus modis.* (f)

(*a*) arg. ususfructus § fin. Inst. de usufr. l. pen. C. eod. & emphyteuseos, l. *1.* C. de jure emphyt. VVes. c. 15. n. 2. de feud. Vultei. lib. 1. c. 11. n. 5. de feud. Hærent enim hæc jura in suo subjecto, quo sublato & ejus adjuncta tolli necesse est, arg. l. cum principalis 178. de R. J. c. accessorium de R. J. in sext. Quod si pars saltem rei feudalis intereat, feudum quidem in totum non extinguitur, ex parte tamen servitia remittenda esse, ut beneficium maneat, ipsa ratio juris feudalis evincit, Niell. disput. feud. 8. th. 1. lit. a. (*b*) Quo casu ususfructus cum proprietate consolidatur & feudum esse desinit, Schön. d. disp. 10. th. 3. (*c*) l. ex conducto 15. § 2. & 3. ff. locati, VVes. d. c. 15. n. *2.* (*d*) l. 30. § 3. ff. de acquir. poss. l. 12. § fin. ff de reb. aut jud. (*e*) cum prædia ab hostibus occupantur, d. l. 12. § fin. Quod si postliminiò redierint & recepta sint, domino directum suum dominium, & vasallo feudum restituitur, arg. l. 26. ff quib. mod. usufr. amitt. (*f*) arg. l. 1. ubi Jason. C. de jure emphyt Sonsb. p. 12. n. 113.

IV.

Interitu obligationis, nempe casu vel voluntate. Casu, si vasallus nullis feudi sucessoribus relictis decesserit.

c. un. in pr. vers. si tamen sine herede mas. qual. olim pot. feud. alien. & c. un. in fin. apud quem vel quos controv. feud. fin. c. un. §. rursus quib. mod. feud. amit. c. un. § etsi clientulus, de alien. feudi, facit text. in c. un. de frat. de nov. benefic. & c. un. de duob. fratr. à capit. Ludolp. Schrad. p. 9. c. 10. n. 3. Sine heredibus autem vasallus decessisse dicitur non solum, si nullos omninò heredes, sed etiam si naturâ mutos, surdos, cœcos vel aliàs imperfectos post se reliquerit, c. un. in fin. Episc. vel Abbat. & cap. un. an mutus vel aliàs imperf. Hart. Pistoris 2. quæst. 32. Zas. part. 8. n. 68. Borch. cap. 7. n. 63. Vultei. lib. 1. c. 9. n. 64. quia servire non valent, adeoque nulla spes est eos unquam fore habiles & utiles vasallos domino. Siquidem naturalia vitia vix deponi aut corrigi possunt, §. pen. Inst. de J. N. G. & C. Rittersh. lib. 1. partit. feud. cap. 15. quæst. 25.

2. *Rationes confirm:* Cessat hoc, si post feudum acquisitum ex accidenti muti, surdi, cœci aut alioqui inhabiles redduntur: quia erubescimus loqui sine legis autoritate, Novell. 18. cap. 5. Atqui nusquam jure feudali cautum reperitur, vasallum, qui post feudum acquisitum mutus aut alioquin inhabilis est factus, propterea feudum amittere. Ergò sine lege temerè aliquid asseverandum non est. 1. 2. Vasallus feudo semel acquisito sine culpa ab ipso commissa privari non potest, c. un. de feudo sine culp. non amitt. Atqui certum est, vitium fortuitum inter culpam minimè referendum, cum eo nomine nil quicquam vasallo imputari possit. Consectarium est igitur, ob superveniens impedimentum vasallum feudo jure privari non posse. Ratio connexionis est, quia ubi nulla præcessit culpa, ibi etiam nullus pœnæ potest esse locus, l. 22. C. de pœnis, l. 131. de V. S. 3. 3. Inter vasallum & dominum maximè æquitas est spectanda, c. un. de prohib. feud. per al. Lothar. ubi hoc notant Interpp. & in c un. §. prædictis, ibi: æquitati obsecundare sollicitus, quæ fuit pr. caus. ben. amit. c. un. ibi: sed secundum æquitatem dicamus, an marit. succ. uxor. in feud. Atqui valdè rigidum & iniquum foret, si dominus, qui semel alicui feudum concessit, eundemq; vasallum agnovit, adversæ fortunæ casum, quem nemo humanâ providentiâ præcavere potest, ipsi imputare, ac proptreea feudum auferre vellet: quin potius æquitatis ratio, quâ vel maximè dominus vasallo devinctus est, & vice versa, exigit omninò, ut dominus commiseratione ductus vasallo adversâ valetudine afflicto succurrat, atque æquo animo ferat, ut servitia, quæ casu aliquo præpeditus ipse per se præstare non potest, per substitutum expediat d. cap. un. §. 2. vers. aliud est si fortè, quæ fuit pr. caus. ben. Quin

& ipsum

& ipsum fidelitatis juramentum conditionem de possibili expressam annexam habet, c. un. de form. fidel. c. un. de nov. form. fidel. 4. Pertinet huc etiam vulgata juris regula, quæ docet, id, quod semel legitimè factum est, ex supervenienti casu retractari & in irritum vocari non debere, l. 2. de itin. actuq. priv. l. donationes in concubinam 31. ff. de donat. Ergo vasallus ob tale aliquod vitium ex post facto contingens feudo privandus non est. Nam ubi jure destituimur, ibi ad æquitatem recurrendum, l. 2. § item varus 5. ff. de aqua plu. arcend. usq; eò, ut sufficiat ad decisionem causarum allegare rationem naturalem, c. secundo requiris de appellat. l. 13. §. 7. de excusat. tut. l. 32. de reb. credit. l. 75. §. 4. de V. O. Atqui nusquam, ut dictum est in jure feudali provisum reperitur, quod vasallus propter impedimentum fortuitum feudum amittat. Ergò ubi pœna privationis manifestè statuta non est, nobis etiam non licebit textibus feudalibus eam affingere, Novell. 2. cap. 3. vers. sicut enim patres, l. 14. §. 14. de relig. & sumpt. funer. Non obstant sententiæ nostræ ea, quib. Andreas de Isern. & ejus assecla in dict. cap. un. §. fin. Episcop. vel Abbat. nituntur, contra existimantes, vitium accidentale perinde obstaculo esse vasallo ut servire nequeat, ac naturale, ex quo videri posset, utrobique eandem subesse rationem, quare neuter, sive naturâ mutus, sive casu quopiam ita factus, feudum istud jure retinere queat. R. Si quis rem penitiùs introspexerit, facilè deprehendet, inter hos duos casus manifestam diversitatis rationem reddi posse. Nam qui imperfectus natus est, nullum negotium inter ipsum atque dominum gestum apparet, quo ad feudum aspirare possit: Unde nullo alio jure utitur, quam pacto antecessorum. Hoc verò pactum juris interpretatione hanc tacitam censetur habere annexam conditionem, ut ad successores habiles & idoneos in præstandis servitiis respectum habuisse contrahentes intelligantur, cum quævis dispositio de habilibus accipienda sit, l. 11. §. 1. de muner. & honor. l. 4. §. 6. de re judic. l. 2. §. fin. ff de pœn. Quamobrem pactum illud ad eum, qui mutus natus est, minimè pertinet, ita ut justam conquerendi causam non habeat, quâ contra dominum ad feudi successionem eum admittere nolentem jure pacti insurgere possit, cum dominus duntaxat successoribus habilibus concessisse videatur. At quando quis de feudo est investitus, & juramentum fidelitatis jam præstitit, tum etsi ex casu quodam superveniente inhabilis reddatur; tamen non solùm obligatio inter dominum & vasallum jam contracta, sed summa etiam æquitas suadet, ne dominus id, quod præter culpam vasalli evenit, ipsi imputet, neve afflicto afflictionem addat, l. 14. de offic. præsid. l. 28. C. de Episc. aud. l. antepen. C. de pœn. l. 4. §. fin. ad L. Rhod. de jactu, l. fin. ff de admin. tutor. sed potius hunc diversæ fortunæ casum patienter ferat atque concedat, ut vasallus interim per substitutum militaria præstet servitia. Nam etsi vasallus principaliter eam ob causam de feudo investiatur ut serviat, & ita personæ industria eligatur, non tamen adeò duris atque arctis legibus devincitur, ut, si casu aliquo impediatur, non ipsi

4.

Ratio dubitandi.

1.

R.

integrum sit per substitutum servire, c. un. §. si quis decesserit, si de feud. def. content. c. un. § firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider. c. un. in fin. per quos fiat invest. & c. un. § item investitura de notis feudor. Et hæc vera sunt de jure communi feudorum, cui etiam astipulatur jus Saxonicum. Eo enim jure id quod præter morem est, longè planiorem ista quæstio habet determinationem: Wird ein Kind geboren (inquit textus in art. 4. lib. 1. Speculi Saxonici) stum / sinn oder witzloß / oder blind / oder sonst vnvollkömlich an seinem Leibe / das ist wol Erbe zu Landrecht / aber nicht zu Lehnrecht. Hette aber ein Mann Lehen empfangen / ehe er also gebrechlich worden were / das verleuret er darmit nicht. Der aussetzige Mann der empfehet gleicher weise auch kein Lehen noch kein Erbe / hat er aber das empfangen vor der Seuche / vnd wird darnach siech / er behelt es vnd vorerbet es auch als ein ander Man. Nec placet distinctio inter feudum antiquũ & novum, quâ Dd. communiter falluntur, quia omnes rationes quibus ostensum, vasallum ex accidenti vel aliàs imperfectum factum feudum retinere, militant etiam in feudo novo, nec ulla probabilis ratio diversitatis cur impedimentum illud obstet feudo acquirendo, non a. acquisito, reddi poterit. Idem igitur utrobique jus erit, l. illud ff. ad l. Aquiliam, l. â Titio ff de V. O. Nec nobis adversatur consideratio
2. Baldi & aliorum, qui rationem diversitatis ex duplici vinculo, quod in novo feudo non æquè atque in vetere liget, repetere satagunt. Nam feudum paternum non solùm originem ponit in personâ patris, sed insuper etiam in personâ successoris confirmatur, qui cum semel habilis & idoneus fuerit cognitus, justam succedendi spem ex pacto antecessorum nactus est; unde licet postmodum casu quopiam loquendi facultatem amittat, vel alioqui inutilis fiat, non tamen propterea debet perdere feudum duabus radicibus fundatum, cum regulariter duo vincula fortiora sint uno, § 2. Inst. de adopt. l. 10. C. qui test. fac. poss. Hæc autem ratio cum claudicet in muto nato, eò, quod in illius persona feudum nunquam radicem egerit, sed uno solum vinculo, pacto videlicet antecessorum nitatur. Non mirum itaq; cur diversâ subsistente ratione, diversum etiam hisce casibus jus statuatur.
R. Verùm ad hoc respondemus, nostram sententiam non ex duplici vinculi consideratione sed aliis fortioribus rationibus stabiliri. Nec nobis negotium facessit d. § mutus, in quo omnem difficultatẽ hærere Interpp. clamitant, ita, ut omnes uno ore de feudo novo illum exaudiant, indeq; colligant, feudum novum ob vitium fortuitò superveniens retineri non posse: & hunc intellectum omninò amplectendum esse in judicando ait Bologn. in
3. cons. 4. n. 111. Sed horũ opinio erronea est, quippe prædict. § de feudo pater-
R. no potius, quàm novo intelligendum esse, certissimæ nos movent rationes.

1. Quoniam

I. Quoniam, si de feudo novo acciperetur, præsupponendum esset, mutum, de quo loquitur, ex accidenti fuisse mutum factum: quod quia de eo vestigium nullum apparet, maximam divinationem importat. Deinde verba habentur expressa de eo, qui nullomodo fari potest, quod propriè convenit naturâ muto, quo dato, ipsum de feudo paterno accipiendum esse, consequens est. Expeditum enim est, si dominus sciens volensq; feudum novum concesserit illi, qui naturâ mutus est, quod is feudum istud jure retinere & per substitutum servire possit. Præterea verba etiam generalia ad æquitatis normam restringenda, l. 2. C. de noxal. act. l. 77. § 20. de legat. 2. l. 6. § 2. de jure patron. Br. in l. omnes populi in 6. quæst. de I. & J. & semper ea est capienda interpretatio, quâ jura juribus concordentur, & omnis evitetur contrarietas, l. un. C. de inoffic. dotib. c. cum dilectus de consuetud. c. cum expediat de elect. in 6. Jam si d. § mutus de feudo vetere intelligimus, omnia bellè inter se conveniunt: Si è converso de novo, omnia contentionum & rixarum plena erunt, ut vix credamus, an præter hanc explicationem analogia juris feudalis sibi constare possit, ut patet ex d. c. un. an murus vel al. imperf. & interpretibus, qui in his textibus conciliandis plurimùm desudârunt. Neq; huic interpretationi quicquam refragatur, quod textus utatur verbo *retinere*, quæ vocula acquisitionem denotare, atque adeo naturâ mutum excludere videtur, utpote qui feudum non acquirere nec etiam retinere possit, d. c. un. in fin. an mut. vel al. imperf. Nam licet intelligamus textum de muto naturâ, nihilominus tamen quando de feudo paterno eum interpretabimur, verbum *retinere* propriam retinet significationem, ut sc. retinere vel non retinere dicatur, quod ratione successionis ex pacto antecessorum in feudo paterno devolutum est, quo sensu illud usurpatum videmus in d. c. un. an mutus vel al. imperf. Non obstat etiam, quod in eodem textu in fine subjicitur, feudum ad dominum reverti, cum tamen feudum paternum non ad dominum, sed ad agnatos transire dicatur, c. un. de alien. feudi, & c. un. si vasallus feud. priv. Bologn. d. cons. 4. n. 110. Nam respondetur, licet de vetere interpretemur, non tamen continuò sequitur, alios agnatos extitisse, ad quos feudum devolvi potuisset, cum paternum jure nostro feudali non rarò tantùm respectu liberorum dicatur, c. un. § filia verò de success. feudi, c. un. an maritus succed. uxor. Non incommodè igitur textus ille eo de casu intelligi poterit, quo nulli supersunt agnati. Denique advertendum est, verba illa & *his omnibus casibus* non ad hunc solum casum, sed potius ad omnes alios, ex quib. feudum amittitur, de quibus in tit. præcedenti, referenda esse. Nam titulus Episcop. vel Abbat. cum illo tit. conjungendus est, quemadmodum etiam Cujac. tradita sub hoc tit. illi conjunxit. Hîc quæri potest, An domino sine heredibus defuncto vasallus succedat in directo dominio? Affirmat Vultei. lib. 1. c. 11. n. 7. vasallum hoc casu domino succedere, & proprietatem sive directum dominium cum feudo consolidari, ut qui vasallus ante erat, vasallus jam esse desinat & qui jure feudi ante possederat, nunc

obj. 1.

R.

obj. 2.

R.

2.

rat, nunc jure ſuo proprio eoq; pleno poſſidere incipiat, agnatis ulterioribus, cujuſcunque qualitatis feudum ſit, excluſis, propter paritatem juris inter dominum & vaſallum, c. un. §. domino ſi de feud. def. cont. & c. un. qual. dom. prop. feud. priv. & propter naturam correlativorum, in quibus quod in uno diſpoſitum eſt, extenditur etiam ad alterum, l. fin. C. de indict. viduit. toll. Vultejum ſequitur Schön. vol. 1. diſp. 10. th. 9. Sed verior illor. videtur ſententia, qui fiſco ſucceſſionem deferunt, Præpoſ. in d. cap. un. § domino n. 5. in fin. ſi de feud. def. cont. Roſenth. c. 11. concl. 20. n. 20. Niell. diſp. feud. 8. th. 2. lit c. quia caſus hic in jure feudali deciſus non reperitur, recurrendum igitur erit ad jus commune, quo vacantia mortuorum bona ad fiſcum deferuntur, l. 4. C. de bon. vacant. lib. 10. præſertim cum jus in feudo agnatis à primo acquirente ſemel quæſitum ſine facto illorum auferri, aut ipſis per dominum aut vaſallum ejus nomine præjudicari nullo modo queat. Non obſtat, quod ex iisdem cauſis, propter quas vaſallus feudum amitit, dominus proprietate privetur: Illud enim tantùm in delictis locum habet, ſiquidem textus adducti expreſsè de felonia â domino commiſſa loquuntur. Neq; ſtringit Logicorum regula ex loco correlativorum deſumpta, quæ eatenus ſaltem procedit, quatenus in utroq; latere eadem ſit ratio. In caſu vero noſtro, quia diverſa utrinq; apparet ratio, quando quidem ſi Dominus vaſallo mortuo feudum recipit, nullius præjudicium vertitur; ſin vice versâ vaſallus domino extincto in proprietate ſuccederet, illud non ſine evidenti agnatorum vaſalli, quibus deinceps omnis ſpes ſuccedendi præcideretur, præjudicio & damno fieret. Omnino igitur diverſum etiam jus ſtatuendum erit, l. curatorem 5. cum ibi not. per gl. Cynum & Dd. C. de interd. matrim. l. fin. ubi Salicet C. de reſcind. vendit. Jaſon. in l. tranſigere 18. colum. 1. C. de tranſact. & in d. l. fin. C. de indict. viduit. toll. Everh. in top. lo. à correlativis n. 8.

Ratio dubitandi.

1.

2.

Ratio decidendi.

1.

2.

R. ad 1. rationē dubitandi.

R. ad ſecundam rationem.

V.

Voluntate vel expreſſa vel tacita. Expreſſa: refutatione (a) *& remiſsione* (b)

(*a*) Quâ vaſallus feudi jus, quod habet, cedit vel domino, vel alicui ex deſcendentibus, vel alicui ex agnatis. Domino ſi cedit, agnati, ad quos ſucceſſio ſpectat, conſentiant, neceſſe eſt, ſi feudum vetus fuerit, cum vaſallus & dominus agnatis in jure ſuo jam quæſito præjudicare nequeant, c. un. in pr. de alien. feudi patern. Jacobin. ſup. verb. & cum pacto de non alienando n. 8. de feud. Jul. Clar. in § feudum quæſt. 34. in fin. & Vultei lib. 1 de feud. c. 11. n. 9. ſecus ſe res habet in feudo noviter acquiſito, Vultei d. lo. An. a. invito domino vaſallus feudum refutare poteſt? Ratio dubitandi, cur non videatur admittenda hæc refutatio, prima eſt: quia ex feudi datione mutua obligatio inter dominum & vaſallum nata eſt, à quâ alter altero

2.

Rat. dub:

1

altero invito resilire non potest, l. sicut 5. C. de O. & A. Deinde dominus vasallum repudiando nihil agit, cum vasallum invitum sine causa feudo privare non possit. Ergo etiam vasallus dominum recusando nihil aget. Sed his non obstantibus in contrariam revocamur sententiam vasallum videlicet indistinctè, sine dolo tamen, feudum domino invito & repugnanti refutare posse, propter expressum textum in. c. un. de vasallo qui contra constit. Lothar. ubi Schenck. n. 2. Curt. jun. part. 4. n. 135. Zas. part. 12. n. 24. & seqq. Sonsbec. part. 12. n. 114. & seqq. Kirckov. in comm. opin. lit. V. §. vasallus potest renunciare, Schurf. consil. 27. n. 6. cent. 1. Mynsc. cent. 5. obs. 65. & cent. 6. obs. 23. Borch. c. 8. n. 53. Rosenth. in synopsi c. 9. concl. 50. Vultei. lib. 1. c. 10. n. 76. Facit, quod ratio, propter quam ab initio nemo invitus feudum recipere cogitur, etiamnum militat, ne quis illud invitus retinere teneatur, quia invito beneficium non datur. l. 69. l. 156. ff. de R. J. l. 19. § 2. ff de donation. Deinde unusquisque juri & favori pro se introducto renunciare potest; l. pn. C. de pact. c. ad apostolicam extr. de regular. Feudum autem cum sit beneficium, in vasalli favorem maximè conceditur. Præterea quod per indirectum alicui conceditur, id per directum ei denegari non debet: Conceditur autem vasallo, ut delinquendo beneficio suo renunciare possit, c. un. quibus mod. feud. amit. Ergò multo magis sine delicto motu spontaneo & proprio illud refutare poterit. Accedit, quod usufructuarius usumfructum suum derelinquere vel domino cedere possit, §. fin. ubi Dd. Inst. de usufructu l. si absente 48. in pr. & l. cum fructuarius 64. ff. de usuf. & quemadmodum. Item quod emphyteuta quoq; agrum vectigalem domino cedere & legare possit, l. si domus 71. §. pen. & ult. ff de legat. 1. Nihil igitur mirum, hoc etiam à vasallo fieri posse, qui in multis articulis cum fructuario & emphyteuta comparatur, Rittersh. lib. 2. partit. feud. c. 2. q. 20. Ultimò huc optimè quadrat, quod vasallus propter subjectum seu prædium feudale ad præstanda servitia obligatus sit. Fundo igitur feudali reddito, cum inde nullum amplius ad eum commodum redeat, meritò etiam fundamento jam sublato & causam obligationis cessare atque in totum corruere & expirare obligationem necesse est, Longe igitur hic dispar ratio est inter dominum & vasallum: Quippe dominus nihil damni patitur, quando ipsi feudum refutatur, sed conditio ejus ex tali resignatione fit melior, quia consolidatione facta, plenam proprietatem in re sua recipit, & facile, si velit, alium vasallum recipere poterit. Atqui vasallus non tàm facile alium reperiet patronum. Ergò nisi maximo cum damno ipsi feudum eripi non potest. Uni ex descendentibus suis quando refutat feudum vasallus, dominus illū investire tenetur, sive novum sive antiquum feudum fuerit, cum in utroq; filii succedant, c. un. de vasallo decrep. ætat. Borch. de feud. c. 8. n. 55. Rittersh. d. c. 2. q. 22. Idem dicendum, si refutet feudum agnato proximiori & aliàs in feudo successuro, Borch. d. c. 8. n. 56. (*b*) Quæ fit à domino, jus suum vasallo legitimè applicante, ut ipsum amplius dominum agnoscere necesse

2.

Rationes decidēdi.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

non habeat, arg. l. 17. ff. quib. mod. ususfruct. amit. Vultei d. lo. Et sicuti vasallus domino invito feudum refutare potest, ita quoque è contrario dominus vasallum invitum liberare potest, ut feudum deinceps tanquam allodium possideat, nec pro vasallo habeatur, Rosenth. d. c. 9. concl. 52. n. 19. & seq. Dn. Præceptor Arumæus disput. feud. 7. th. 26.

VI.

Tacita: præscriptione libertatis (a) *clericatu & monachismo* (b)

(*a*) Ut si dominus feudum nemine requirente quasi ad se reversum per 30. annos quietè possedit, Bl. consil. 117. vol. 1. & c. un. §. si quis per 30 annos n. 11. si de feud. def. cont. Panormitan. in c. ad audientiam in fin. extra de præscript. Matth. de Afflict. in prælud. constit. Neapol. quæst. 22. in fin. Schenck. in d. § si quis per 30. in fin. Zas. in epit. feudali part. 6. n. 33. Rosenth. in synopsi c. 6. concl. 77. Mynsf. 4. obs. 28. Borch. c. 7. tit. de præscript. tertio modo n. 11. Vultei lib. 1. c. 9. n. 17. Sed an & vasallus proprietatem sive directum dominium contra dominum præscribere possit, disquiritur? Qui negant, hisce utuntur fundamentis: 1. Vasallus non pro suo nec animo domini, sed pro alieno possidet, Ergò rem feudalem præscribere nequit. Ratio connexionis est, quia ubi nulla possessio, ibi etiam nulla præscriptio, l. 2. & passim. C. de præscript. 30. annor. cum illa sit hujus fundamentum, arg l. 25. de usucap. At vasallus fundum feudalem verè non possidet, quia scit rem sive fundum non suum proprium, sed domini esse. Deinde is possessor appellari nequit, qui rem ita tenet, ut ob hoc ipsum domino hominium seu fidelitatem præstare cogatur, arg. d. l. C. de præscript 30. annor. Hoc enim quam diu facit, eo ipso declarat, se rem illam alieno nomine possidere. Jam autem is possidere dicitur, cujus nomine possidetur, l. 18. ff de acquir. vel amitten. Ergò vasallus contra dominum rei feudalis proprietatem nullo tempore præscribere potest. Tertiò vasallus est in malâfide qui scit rem alienam esse: mala autem fides usucapionem etiam longissimi temporis jure canonico, quod hîc sequendum tradunt, impedit c. 3. de R. J. in sext. c. vigilanti & c. ult. extra de præscript. Quartò confirmatur prædicta conclusio similib. exemplis. Sic nec emphyteuta agri vectigalis, l. cum sponsus 12. § invectigalibus ff de public. act. l. cum notissimi 7. ult. de præscript. 30. vel 40. annor. Neque ususfructuarius rei, in qua usumfructum habet, proprietatem §. de iis autem servis 4. vers. fructuarius, Inst. per quas person. cuique acquir. l. neque fructuarium 8. C. de usufr. & habitat. l. acquiruntur 10. §. fin. ff de acquir. rer dom. Neque creditor rem sibi oppignoratam, l. nec creditores 10. C. de pignor. act. præscribere possunt. Accedit insuper constitutio Friderici in c. Imperialem in pr. vers. nos autem ad pleniorem, ibi: nullius

2. *Rationes dubitãdi*

1.

2.

3.

4.

5.

nullius temporis præſcriptione impediente, de prohib. feudi alien. per Frid. & c. un. in pr. ibi: nulla obſtante præſcriptione, de capit. Corradi. Quæ ſanè omnia hiſce in terminis facile locum merentur. Quando enim vaſallus prædium ſibi conceſſum ut feudum poſſidet, etiamſi per mille annos domino non ſervierit, nunquam præſcribere poterit, dict. l. 2. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. Matth. de Afflict. in c. un. §. licet vaſallus n. 1. & 2. ſi de feud. def. content. Schneid. part. 5. n. 97. in fin. Schrad. part. 5. c. 6. n. 62. Angelus in l. male agitur n. 6. ibid. Bl. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Angel. de Biſurio inter conſilia Zaſii, conſil. 14. n. 5. vol. 2. etiamſi caſus ſerviendi evenerit, & dominus vaſallum ad ſerviendum non vocaverit, Br. in l. cum ſcimus n. 2. C. de agric. & cenſit. Fely. in c. cum acceſſiſſent n. 26. de conſtitut. Gail. obſ. 60. n. 6. lib. 2. & Balbus de præſcript. 4. part. quartæ princip. quæſt. 11. Cæterum ſi vallus à domino requiſitus ſervitia præſtare bonâ fide recuſaverit, & à tempore recuſationis factæ 30. anni lapſi fuerint, libertatem contra dominum præſcribit per c. un. §. ſi quis per 30. ſi de feud. def. content. Menoch lib. 2. conſil. 143. num. VVeſenb. cap. 15. num. 3. de feud. Roſenth. cap. 6. concluſ. 82. Scrad. part. 5. cap. 4. n. 14. Balbus de præſcript part. 4. quartæ princip. quæſt. 12. num. 9. & ſeqq. Gail. lib. 2. obſ. 60. Mynſ. cent. 4. obſ. 28. VVurmbſ. obſ. feud. 25. Zaſ. part 6. num. 33. Duar. cap. 8. num. 2. Borch. d. c. 7. de præſcript. n. 12. Vultei lib 1. c. 11. n. 10. *Rat. confirmandi*

Vaſallus enim recuſatione domino facta pro ſuo jam poſſidere incipit atq; ita poſſeſſionem domino intervertit. l. ſi quis rem 20 ff de acquir. vel amit. poſſ. Ex quo ſibi dominus imputet, quod tanto tempore poſt interverſionem poſſeſſionis tacuerit, nec præſcriptionem prohibuerit, vel cœptam interruperit, l. 1. ff de uſucap. Et cum res allodiales præſcribi poſſint, multò magis feudales, cum res facile ad ſuam naturam redeat, & conſolidatio proprietatis & uſufructus ſit favorabilis § fin. Inſt. de uſufr. Præterea feuda poſſunt præſcriptione acquiri. Ergò etiam extingui, cum nihil tam naturale ſit, quam eo genere unumquodq; diſſolvi, quo colligatum eſt, l. nihil 35. de R. J. Denique omnes actiones 30. annorum ſpatio tolluntur, l. ſicut 3. C. de præſcript. 30. vel. 40. annor. Matth. de Afflict. decis Neapol. 254. n. 2. Ergò nec dominus vaſallum nomine feudi poſt 30. annorum lapſum convenire poterit, cum ſine actione nemo experiatur, l. 6. in fin. ff de negot. geſt. Neque pro contraria opinione multum conducunt duo illa adducta capitula, quæ feudis nullam præſcriptionem obſtare volunt. Illa enim tantùm de præſcriptione longi temporis 10. vel. 20. annorum intelligenda ſunt, nec de præſcriptione longiſſimi temporis, gl. in c. un. in verbo præſcriptione de capit. corradi, Borch. d. c. 7. n. 14. Balbus d. lo. id quod etiam Guntherus lib. 8. in ſubjectis verſiculis expreſſit:

1. 2. 3. 4.

R. ad objectiones

Nullaq; vel longi præſcriptio temporis obſtat,
Quo minus ad dominum redeant translata priorem.

Et ut maximè etiam de longissimi temporis præscriptione textus illi intelligi possent, tamen certum est, in illis simul concurrere feloniam vasalli, qui contra legem feudum alienavit. (*b*) Vasallus enim clericus sive monachus factus feudum retinere non potest, c. un. § si quis, vers. qui clericus, si de feud. def. cont. c. un. de mil. vasal. qui arm. c. un. in fin. de feud. fœm. c. un. clericatu feudum amit. Præpos. in c. un. § & quia à num 18. usq; ad 53. de his qui feud. dar. pos. Curt. Jun. part. 3. n. 17. & duob. seqq. Clarus in §. feudum q. 78. n. 3. & 4. Schrad. part. 9. c. 10. n. 1. Mynf. 5. obs. 48. n. ult. Cacheran. decis. pedemont. 27. qui n. 4. ait, adeò apertos pro hac sententia esse textus, ut citra cavillationem tolli non possint. Hanc sententiam Feudista duabus confirmat rationibus in d. c. un. de vasal. mil. qui arm. in fin. quarum prior est, quod miles seculi esse desinat, qui factus est miles Christi: Deinde, quod beneficium non pertineat ad eum, qui officium gerere non debet. Ad contraria respondet Præpositus præcitato loco. Quod si verò vasallus ad ejusmodi servitia teneretur, quæ etiam clericus vel monachus factus expedire posset, feudum non amittet, Curt. jun. part. 2. partis 3. princip. n. 24. Sonsb. part. 12. n. 148. & n. 200. Clarus in § feudum q. 78. n. 1. & 4. Hartm. Pistor. part. 2. q. 33. n. 23. Quod multò magis procedit in feudo Franco, in quo nullum debetur servitium, Sonsb. d. part. 12. n. 136. Cum enim causa hisce in casibus cesset, propter quam feuda adimuntur, etiam ipsa feudi privatio cessabit. Quibus addo casum elegantem & relatu dignum, nempe, si feudum datum fuisset vasallo in remunerationem magni alicujus obsequii, velut ab eo, quem à latrunculis vel ab hostibus captum eripuit. Eo enim casu, cum mercedis loco datum sit, nullo modo revocari potest, arg. l. si Pater 34. § fin. ff de donat. Alv. in. c. un. § fin. Episc. vel Abbat. Schrad. vol. 1. cons. 1. n. 167. & vol. 2. consil. 27. n. 110. Sonsb. d. part. 12. n. 136.

VII.

Amittitur (a) *culpâ* (b) *quæ vel in omittendo vel committendo* (c) *consistit.*

(*a*) Causas omnes, propter quas feudum vasallus amittit, enumerari, & sub aliqua certa regula aut definitione rotunda comprehendi non posse tradit Obertus de Orto in c. un. vers. dummodo memineris, in quibus caus. feud. amit. & in c. un. § sed quia natura, quæ fuit pr. caus. ben. docet, multis modis contingere posse, ut præter causas in feudorum libris expressas, aliæ emergant, ex quibus feudum vasallo adimi possit. Quapropter monet, ut judex, qui æquitatis minister est, eiusmodi causas pro discretione sua probè perpendat, adeòque vasallum ob culpam commissam, quæ par vel major æstimatur illis, quæ expressæ sunt, condemnet, quæ autem minor fuerit, absolvat, siquidem non ex omni causa, quâ vasalli gravatur

gravatur opinio, nec ob quamvis ingratitudinem, ſed eam tantum, quæ ſit juſta & legitima, vaſallum feudo privari jura volunt, d. c. un. verſ. de illa tamen, in quib. cauſ. feud. amit. & d c. un. § 2. verſ. ſed quia natura, quæ fuit pr. cauſ. ben. Roſenth. c. 10. concl. 14. n. 7. Roland. à. Valle vol. 3. conſil. 1. n. 96. Duaren. c. 14. n. 1. Vultei. lib. 1. c. 11. n. 12. Hîc verò quæri ſolet, An ex iisdem cauſis, quibus filius jure civili exheredari, N. 115. c. 3. donatio revocari, l. fin. C. de revoc. donat. matrimonium diſſolvi poteſt, l. conſenſu 8. C. de repud. etiam vaſallus poſſit feudo privari? Ita communiter volunt interpp. Alvar. Bl. Andr. de Iſern. Laudenſ. Præpoſ. Schenck. in d. c. un. § 2. v. prædictis, quæ fuit pr. cauſ. ben. Zaſ. part. 10. n. 23. Hanneton. de feud. lib. 3. c. 10. Blanch. lib. 2. c. 1. n. 110. Intrigliolus quæſt. feud. 98. n. 149. Sonsb. part. 12. n. 34. & 57. Borch. c. 8. n. 131. per text. in d. verſ. præd. mod. Hoc igitur poſito, ſequitur, quemadmodum quovis adulterio diſſolvitur matrimonium, d. l. conſenſu C. de repud. ita etiam feudo vaſallum privari: quemadmodum item propter quodvis homicidium commiſſum matrimonium reſcinditur, etiam feudum amitti: quod utrumq; falſum eſt, cum certæ tantũ perſonæ in jure feudali enumerentur, quas vaſallus corrumpendo & occidendo feudo cadit, c. un. § 1. cum ſeq. quib. mod. feud. amit. c. un. an ille qui interf. fratr. dom. Unde apparet, aliam eſſe mentem Feudiſtæ in d. verſ. prædict. modis. Non enim hoc, quod inde colligunt, affirmat, ex iisdem etiam cauſis feudum amitti, ſed quod tam naturali quàm civili rationi conſentaneum ſit, feudum illis modis, quos jam enumeraverat, amitti, idque probat hoc argumento, quod & in aliis quibusdam negotiis perfectis idem ſit jure civili receptum, & naturali rationi conveniens, ut ex cauſis certis diſſolvantur, ideoque mirandum non ſit, ſi idem fiat jure feudali in feudis conſtitutis. Et hanc eſſe Oberti mentem ex mox ſequenti verſiculo, & quia natura, facilè colligi poteſt. Hanc ſententiam amplectuntur Curt. jun. part. 4. n. 77. Duar. c. 14. n. 25. Joh. Ferrar. Montan. in uſ. feud. lib. 4. c. 2. Roſenth. c. 10. concluſ. 13. Vult. lib. 1. cap. 11. n. 13. Rittersh. lib. 2. part. feud. c. 5. q. 3. Schön. vol. 1. diſp. feud. 10. th. 17. (*b*) Cujus nomine in hac materia veniunt dolus & lata culpa, c. un in fin. ibi: Si vaſallus non dolosè, de prohib. feud. al. per Lothar. c. un. in verb. ſcienter, quib. mod. feud. amit. c. un. in pr. ibi: quod nunquã ſcienter ero, de nov. form. fidel. c un. § præterea, ibi: dolo vel negligentia vel fraude celaverit, ubi gl. Alvar. Bl. Iſern. Afflict. Præpoſ. Petr. Raven. quæ fuit pr. cauſ. ben. Roſenth. c. 6 concluſ. 56. & c. 10. concluſ. 12. n. 31. & concluſ. 26. n. 15. Schrad. part. 2. partis nonæ princip. ſect. 12. n. 28. q. 56. Guido Papæ deciſ. 454. vocaturque à juris feudalis compilatoribus modò ingratitudo, modò delictum, modò felonia, & tam à domino quàm vaſallo committitur, cap. un. §. domino, ſi de feud. def cont. Unde quæritur, An ex omnibus iis cauſis propter quas vaſallus feudum amittit, dominus etiam proprietate cadat? In d. c. un. § domino, ſi de feud. def. cont. & in c. un. qual. dom. prop. priv. proponitur regula, ex omni felonia, quâ

2.

2.

vasallus feudo privatur, si illam committat; & dominum proprietate privari. Cujus ratio est, quod dominus vasallo teneatur ad paria Afflict. in. c. un. n. 13. de form. fidel. & fideli suo vicem reddere debeat, d. c. un. vers. dominus de form. fidel. cum dominus dicatur conjunx & amicus vasalli, cap. un. de not. feud. & nulla fraus, nec ullum malum ingenium inter dominum & vasallum intervenire debeat, cap. un. in fin. de prohib. feud. al. per Loth. Ejusque rei rationem in æquitate esse positam, ut clientela feudalis pari utrinque fide & benevolentia nitatur, testatur Hottom. in disp. feud. 41. per c. un. § fin. de proh. feudi alien. per Frid. & arg. l. 12. tab. in qua scriptum extat: patronus, si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Sit igitur inter utrosq; par fides & amor syncerus & mutuus. Facit huc ratio topica, quod dominus & vasallus sint ex numero relativorum: Quod verò in uno correlativorum dispositum est, id etiam in altero statui debet, l. fin. C. de indict. viduit. toll. Verùm hæc non ubiq; procedunt, cum Passim regulæ occurrant exceptiones. Sic potest dominus invito vasallo directum suum dominium oppignorare, quod vasallo permissum non est, Franc. Ripa ad l. obligat. n. 40. ff de pignor. Jul. clarus ad § feudum quæst. 28. in fin. arg. l. 2. C. de usufr. Ita quoque nec dominus vasallo fidelitatem promittit, multò minus jurat, Laud. in d. cap. un. de form. fidel. n. 18. Zas. part. 7. n. 57. VVesenb. cap. 8. n. 25. Vultei lib. 1. cap. 10. num. 37. (c) Rosenth. cap. 10. conclus. 1. Vultei lib. 1. de feud. c. 11. n. 16. Gœdd. ad l. cedere 213. § 2. n. 1. circa fin. ff de V. S.

VIII.

Omittendo vasallus feudum ammittit, veluti si intra legitimum tempus investituræ renovationem non petat (a) *servitia debita domino præstare detrectet* (b) *imminens periculum ejdem non denunciet* (c) *aut jam jam in periculo constitutum non liberet* (d)

(a) Tempus verò illud legitimum jure feudali definitum est *annus & dies* cap. un. in pr. quæ fuit pr. caus. benef. amit. cap. un. de capit. corradi. cap. un. §. fin. de prohib. feudi alienat. per Frider. Quibus contradicit c. un. in pr. quo temp. miles, in quo militi præter annum mensis ad petendam investituram præstituitur. Per militem autem vasallus in jure feudali intelligitur, Borch. cap. 7. tit. quomodo feuda acquir. n. 32. in fin. Cujacius & Hottom. in d. c. un. textui manum admovent, & pro vocabulo *mensem* substituut *diem*, ita ut strictè intra annum & diem renovatio investi-

investituræ à vasallo peti debeat. Aliter sentiunt Andr. de Isern & Eguinar. Baro, qui putant, in d. c. un. quo temp. miles, haberi jus vetus, quod hodie correctum sit per §. præterea quis d. c. un. de prohib. feudi alien. per Frider. Vultejus denique lib. 1. de feud. cap. 7. num. 61. opinatur d. c. un. quo temp. mil. intelligendum esse de æquitate, reliqua verò de stricto jure. Non placet prima opinio, quia correctio textuum est odiosa, præsertim cum alia possit haberi conciliatio: Non secunda, quia destituitur certa autoritate, Vultei dict. lo. Non etiam tertia probatur sententia, cum & ipsa careat textu, & tantùm sit divinatoria. Tutissimum igitur erit distinguere inter vasallum paganum & militem, ita ut ille intra annum & diem renovationem investituræ petere necesse habeat per adductos textus, hic verò intra annum & mensem, d. c. un. quo temp. miles, Curt. jun. part. 4. n. 48. Zas. part. 7. n. 1. Sylvan. quæst. 8. VVesenb. c. 8. n. 3. Duar. de feud. c. 14. n. 2. Clarus ad § feudum q. 49. n. 2. Borch. c. 7. tit. quom feud. acquir. n. 32. Sonsb. part. 11. n. 1. Rosenth. c. 6. concl. 30. n. 7. Schrad. part. 6. c. 2. n. 73. Id quod militi specialiter privilegii loco, ut & aliàs in jure multa singularia in favorem militum introducta passim nobis occurrunt, indultum est, Gothofred. Antonii disput. feud. 8. th. 3. lit. a. Nec hisce obloquitur, quod per militem in jure feudali semper intelligatur vasallus. Non enim rectè ex eo inferri poterit, quod omnis vasallus sit miles. (*b*) cap. nu. de feud. sine culp. non amitt. cap. u. §. 2. vers. sed non est alia, ubi feudista hanc amittendi feudi causam justissimam dicit, quæ fuit pr. caus. ben. amit. cap. un. hic fin. lex: cap. un. in fin. an ille qui interf. frat. dom. cap. unic. §. firmiter de prohib. feud. al. per Frid. VVesenb. cap. 15. Schrad. part. 9. cap. 1. num. 3. in fin. Vultei cap. 11. num. 22. modò servitia præstare ex justâ causâ non impeditus fuerit, dict. cap. un. §. 2. vers. aliud est, quæ fuit pr. caus. ben. amit. Vultei d. lo. Numquid igitur vasallus per triennium in præstatione canonis, quem rarione feudi domino debet, cessans, feudo privabitur? Negant Laudens. in. c. un. §. 1. n. 19. de his qui feud. dar. pos. Præpos. in prælud. feud. n. 18. Jacobin. verb. & cum pacto quod præstent n. 1. & seq. Crassus lib. 2. cap. 2. q. 6. Speculator de emphyt. §. nunc aliqua vers octuagesimo quinto, num. 108. Alex. cons. 9. n. 3. lib. 3. Curt. jun part. 4. n. 78. Jason. in prælud. feud. n. 57. & seq. Jul. clar. ad §. feudum q. 51. quod hoc nullo juris feudalis textu possit probari. Ego affirmarim, si sub eâ conditione feudum datum esset, ut singulis annis certam pensionem vasallus solveret, idq; dolo malo & fraude omisisset. Rationes sunt in promptu. 1. Quia vasallus privatur feudo, quando ejus dolus arguitur, c. un. §. ult. de prohib. feud. al. per Lothar. 2. Quia contra naturalem æquitatem est, ut alicui suus dolus prosit, vel ejus nomine præmium inde referat, l. 1. § 1. de dol. mal. & met. except. l. eum qui 14. §. is autem de furt. l. 134. §. ult. de Reg. J. leg. 31. de recept. arbitr. 3. Quia cum sit delictum leg. 40. ff. de O. & A. & crimen dicatur magnum, leg. 16. de dolo malo;

Rat. dub.

Rat. confirmationis. 1.

2.

3.

Ideo

4. Ideo impunitus manere non debet, l 51. ad L. Aquil. 4. Quia vasallus toties exuitur feudo, quoties dominum suum contemnere videtur c. un. in fin. quæ fuit pr. caus. ben. amit. Atqui si canonem debitum in termino convento non solvat, dominum contemnit. E. Ratio consequentiæ est, quia qui datam fidem de canone præfinito tempore solvendo malitiosè frangit, in dominum suum perfidus & improbus existit, ut proinde amplius fidelis i. e. vasallus haud esse possit, arg. c. un. vers. pen. ibi: Si beneficio vult dignus videri, juncto vers. ult. ibi: meritò censebitur malefidus item ibi:
5. perfidus & perjurus, de. form. fidelit. 5. Quia amittitur feudum si fraus aut dolus inter dominum & vasallum interveniat, c. un. §. ult. de prohib. feud. al. per Lothar. quod & ipsum syncerè hodiè & sine fraude licet ei facere c. un.
6. qual. olim. pot. feud. alien. 6. Quia obligatio solvendi canonis annui, propter quem etiam feudum concessum est, planè similis est obligationi præstandi personalia servitia, ut haud obscurè innuit text. in c. un. § sed non est alia, ibi: quam si id propter quod ben. datum fuerit, quæ fuit pr. caus. ben. amit. & in c. un. § ult. ibi: ad certum servitium, de capitan. qui curiam vend. juvat d. c. un. § sed quia natura, ibi: si qua fuerit antiquioribus causis similis, quæ fuit pr. caus. ben. amit. & c. un. in fin. ibi:
7. vel similes culpas, quib. mod. feud. amit. 7. Quia pacta formant & reformat contractus, l. 7. § 5. ff de pact. l. 1. § 6. depositi, l. 52. de V. O. l. 23. de R. J. Ergò feudo cadet si dolosè contractui non stet, & in solutione canonis cesset. Ratio connexionis est, quia quando certum tempus contractui à partibus adjicitur, contrahentes adeò stringit, ut termino elapso citra interpellationem statim constituantur in morâ, cum dies pro homine interpellet, l. 114. l. 125. ff de V. O. l. 12. C. de contrah. & comm. stip.
8. Accedit ultimò, quod etiam emphyteuta ob non solutum intra præfinitum tempus canonem emphyteusin amittat, l. 2. C. de jure emphyt. Et hæc assertio confirmatur autoritate Sonsb. part. 12. n. 64. & seq. Nec moræ pur-
Ratio 1. gationi relinquitur locus, quia in his casibus in quibus à lege vel homine fit excutio, mora nunquam purgatur, l. 19. de legat. 2. l. 35. de condict. indeb. l. 10. ff. de fideicom. libert. Br. ad l. si insulam 84. q. 4. & ibi Alex. & Jason ff de V. O. Deinde purgari nequit, quando pœna ex maleficio impo-
2. nenda venit, arg. l. 1. §. 25. ff depositi, l. 65. ubi Br. ff. de furt. Alex consil. 57. in fin. vol. 2. Huic pronunciato confert, quod moræ purgatio ex æquo
3. & bono fieri permittitur, l. 91. § sequitur, ff. de V. O. sed æquitas non patitur, ut quis ex suo dolo lucrum sentiat, l. 5. ff. de calumniator. l. 10. ff. de dolo malo, & jus alteri quæsitum, absq; facto & culpâ suâ auferat, l. 11. de R. J. Juvat insuper hanc sententiam, quod emphyteutam purgatio moræ
4. triennalis in solvendo canone celeri satisfactione à pœna caducitatis non excuset, l. 2. C. de jure emphyt. Deniq; vasallum hac culpâ ipso jure feudum amittere evincitur satis ex d. c. un. in pr. ibi: beneficium amittit, quæ fuit pr. caus. ben. & d. c. un. in pr. vers. præterea, ibi: rransacto hoc spacio feudum amittat & ad dominum redeat, de prohib. feud. al. per Lothar.

& tradunt

& tradunt Dd. quos citat. Rosenth. c. 10. concl. 34. lit. f. & sentit Bl. consil. 429. n. 3. lib. 1. Niell. disput. feud. 8. th. 4. lit d. (c) c. un. de nov. form. fidel. c. un. § item qui, quæ fuit pr. caus. ben. amit. c. un. § licet vasallus si de feud def. cont. c.un. § adhæc, hic fin. lex. Curt. jun. part. 4. n. 59. Zas. part. 10. n. 1. Sonsb. part. 12. n. 15. Borch c. 8. n. 106. Clarus in § feudum q. 57. n. 1. Schrad. part. 9. c. 4. n. 41. (d) veluti, si dominum fortè ab hostibus aut latrunculis captum, vel injustè carceri inclusum non redimat, d. c. un. § 2. vers. item si delator, ubi Andr. de Isern. quæ fuit pr. caus. ben. Jacobin. super verb. dictique vasalli n. 37. Jul. Clar. ad § feudum q. 24. n. 2. Schrad. part. 9. c. 8. Borch. c. 8. n. 114.

IX.

Committendo amittit, si vel in extraneum, vel in dominum ipsum delinquat. In extraneum, veluti si convasallum tradat (a) *incestu se polluat* (b) *parricidium committat* (c) *aut crimen læsæ Majestatis incurrat.* (d)

(a) c. un. an ille qui interf. fratr. ubi *hominem* rectè interpretatur *vasallum* Hottom. in lexic. verbor. feudal. & disput. feud. 24. quem sequitur Rittersh. lib. 2. partit. feud. cap. 5. q. 119. Neque mirum, quod ex hac causa vasallus feudo suo privetur, tum quia & miles, qui suum commilitonem vulnerat, si lapide, militiâ rejicitur, si gladio, capite punitur l. 6. § 6. ff de re militari: tùm quia convasalli sunt confratres inter se, unde etiam pares & pares curiæ sive domus appellantur. Cum ergò vasallus fratrem suum aut fratris filium occidens amittat feudum, meritò etiam eandem pœnam subibit, si convasallum tradat, hoc est, prodat alteri ad occidendum, cum proditores magis sint nefarii atque exosi omnibus mortalibus, quam ipsi homicidæ, id quod pluribus probat Borch. c. 8. n. 125. Diss. Schrad. part. 9. c. 3. n. 64. & Rosenth. c. 10. conclus. 19. n. 14. Borch. d. l. (b) sive incestas nuptias contrahat, vel aliàs extra matrimonium incestus se reum faciat, ut communiter tradunt interpp. per text. in c. un. vers. bona contrahentium incestas nuptias, quæ sint regal. d. c. un. an ille qui interf. fratr. & in auth. de incest. & nefar. nupt. in pr. Bl. in l. 1. q. 51. n. 42. ff de R. D. Alvarot. in c. un. § item si fidel. n. 14. & ibid. Præpos. n. 6. in fin. Petr. Raven. in fin. Paulus Picus n. 39. Schenck. n. 17. & Afflict. in § fin. n. 23. caus. 51. quib. mod. feud. amit. Jacob. in verb. dictiq; vasalli promiserunt n. 181. Curt. jun. part. 4. n. 40. Zas. part. 10. n. 29. Sonsb. part. 12. n. 57. & 59. & part. 13. n. 31. cum duob. seqq. VVes. c. 15. n. 5. Mozzius de feud. tit. fin. num. 71. Schneidevv. part. 8. cap. 1. num. 154. Borch. c. 8 num. 105. Schrad. part 9. cap. 30. n. 1. Intrigl. quæst. feud. 91. n. 80. Vultei c. 11. n. 36. Ratio est posita in hujus criminis turpitudine, per quam fit, ut vasallus non amplius honestè stare possit in curiâ domini:

sive incestus sit juris civilis sive juris gent. Rittersh. lib. 2. partit. feud. c. 5. n. 120. adeò, ut quamvis Pontifex postea quoad matrimonium dispensaverit, vasallus tamen feudum propter incestum semel amissum, deinceps retinere aut recuperare non possit, arg. c. quamvis 8. de rescript. in 6. l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in lo. pub. Bl. in l. Gallus §. & si quid tamen, ff. de liber. & posth. Jason in l. fin. ff. de rescript. Princ. Zas. & Schrad. dd. loc. (c) ut si fratrem suum, aut filium fratris, aut aliam personam, in quâ parricidium committi potest, tit. ff. ad l. Pomp. de parricid. occidat, c. un. §. deniq; vers. Si verò non in dominum, quæ fuit pr. caus. ben. amit. & c. un. § item fratrem suum, quib. mod. feud. amit. Sive illud obtinendæ hereditatis causâ faciat, sive non, Cujac. in d. c. un. quib. mod. feud. amit. Rosenth. c. 10. concl. 36. n. 6. Schrad. d. c. 3. n. 25. Vultei c. 11. n. 34. vers. etsi verò. Borch. c. 9 n. 102. Non vero si fratrem domini interimat, vasallus feudo cadit. Ratio diversitatis posita est in gravitate & atrocitate parricidii, Rittersh. d. c. 5. n. 112. Cæterùm si vasallus αὐτόχειρ factus sibi ipsi violentas manus inferat, an feudum committatur, dubitari solet? Quod negandum, Bl. in c. un. quib. mod. feud. amit. Jacobin. in verb. dictique vasalli promiserunt. n. 19. cum hoc vasalli delictum nullo modò concernat offensionem domini, Jul. Clarus ad §. feudum q. 58. (d) Bl ad §. callidis de prohib. feud. al. per. Frid. & consil. 151. n 6. lib. 3. Matth. de Afflict. in c. un. § fin. n. 21. quib. mod. feud amit Hieron. Gigas in tr. de crim. læs. Maj. sub rubr. de pœna committ. crimen læs. Majestatis q. 5.

2.

X.

In dominum delinquit vel mediatè vel immediatè: & quidem mediatè occasione vel rerum vel personarum. Rerum occasione dominum offendit, si feudum sine consensu ipsius alienet (a) *aut grave dispendium ipsius bonis creet* (b) *si item feudo insigniter abutatur* (c) *nec à domino admonitus desistat.* (d)

(a) c. un. in fin. quib. mod. feud. amit. c. un. de feud fin. culp. non amitt. c. un. in pr. qual. olim. feud. pot. alien. c. un. in fin. quæ fuit pr. caus. ben. c. un. § feudum eâ lege, si de feud. def. content. c. un. de prohib. feud al. per Lothar. c. un. de proh. feud. al. per Frid. Curt. jun. part. 4. n. 81 Zas. part. 9. n. 25. Borch. c. 8. n. 18. Rosenth. c. 9. conclus. 2. Alienationem autem hic cum effectu intelligimus, quam traditio subsecuta est, Andr. de Isern. in c. un. quid jur. si post al. fact. & in c. un. de leg. Corrad. & in d.

& in d. c. un. § aut si libellario n. 4. qui. mod. feud. amitt. Matth. de Afflit. in c. un. de vasallo qui contra const. Loth. Zas. part 10. n. 6. Rosenth. c. 9. concl. 2. n. 3 Unde dubium exoritur, si vasallus feudum sine consensu domini alienatum pœnitentia ductus in continenti recuperet, an nihilominus eo sit privandus? Quod affirmandum propter text. in c. un. ibi. licet postea recuperaverit, tamen penes ipsum non remanebit, quid jur. si post alien. fact. Bl. in c. un. in pr. n. 3. de prohib. feud. al. per Frid. Br. in l. sequitur, § item Labeo ff de usucap. & in l. si quis libellos 28. C. de appellat. Jason. in l. fin. n. 135. C. de jure emphyt. Alex. in l. si à me 29. ff ad L. Falcid. Schrad. part. 9. c. 1. n. 17. Rittersh. d. c. 5. q. 79. Quia alienatione factâ ipso jure feudum amittit vasallus, idque domino statim applicatur, gl. in d. § callidis in verb. revertatur, de proh. feud. al. per Frid Alexand. cons. 44. n. 2. lib. 3. Quippe pœna hic committitur propter malefactum, propter illicitam sc. alienationem, & in omnibus casibus, in quibus pœna propter malefactum committitur, mora purgari nequit, cum nemo tali peccato pœnitentiâ suâ nocens esse desinat, l. 65. de furt. l. pen. vi bon. raptor. l. 17. § 1. de Ædilit. edict. Adhæc punitur miles, qui duntaxat agmen excessit, l. 3. § sed. qui agmen 16. ff de re militari, quiq; saltem arma in bello amisit vel alienavit, d l. 3. §. miles qui in bello 13. Affert nostræ conclusioni robur & illud, quod clericus, qui ob religionis habitum in feudum non succedit, etiamsi postea cucullum abjiciat, feudum tamen non recuperet, c. un. de feud. fœm. Facit tandem, quod jus semel nobis quæsitum absque facto vel culpâ nostrâ nobis auferri nequit, l. fin. C. si contra jus vel util. l. id quod nostrum 11. ubi Decius ff de R. J. c. quæ in Ecclesiarum extra de constit. Diss. Andr. de Isern. Alvar. Matth. de Afflict. in c. un. quid jur. si post al. Curt. jun. part. 4. n. 104. vers. secundò limitatur. Zas. part. 10. n. 4. Specul. § nunc aliqua vers. nonagesimo sexto n. 119. de emphyt. Quorum argumenta refert & solvit Fachin. 7. contr. 84. Adeò autem prohibita est feudi alienatio, ut ne quidem propter magnam necessitatem aliquam vasallus illud alienare possit, c. un. § necessitate, ubi Bl. Alvar. & Isern qual. olim feud. pot. alien. c. Imperialem §. 1. de proh. feud. al. per Frid. Quod si tamen vasallus fame aut aliquâ aliâ necessitate magnâ prematur, & à domino petat, ut sibi facultatem alienandi feudi concedat, nec dominus feudum emere, nec in alienationem consentire velit, tunc vasallus feudum alteri, qui ejusdem conditionis, vel etiam melioris sit, vendere potest, & si is cui feudum venditum èst, offerat se domino ad omne onus, quod prior vasallus præstitit, feudo rejici non poterit, Dec. in c. quæ in Eccles. n. 30. v. & hoc intelligendum videtur, extra de costit. VVurmbs. obs. feud. 38. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cent. 2. casu 182. Roland à valle cons. 56. n. 16. vol. 4. Alienatione enim prohibitâ non censetur prohibita alienatio, quæ fit ex necessitate, Tiraq. de utroque retractt. §. 1. gl. 14. n. 11. Roland. à valle cons. 21. n. 13. cum seqq. vol. 1. Quia necessitas non habet legem, l. un. ff de offic. cons. l. 10. § fin. de excus. tut. l. 5.

2.

Ratio 1.

2.

3.

4.

5.

2.

Ratio 1.

 de officio

de officio proconſ. ejusq; causâ multa contra communes regulas concedun-
tur, Roland. à Valle conſ. 81. n. 30. vol. 1. & conſ. 80. vol. 3. Tiraq. de
pœn. cauſ. 33. n. 3. Tiber. Decian. conſ. 20. vol. 1. Illud enim quod per ſe
illicitum eſt, licitum efficit, c. quod non eſt licitum extra de R. J. l. de
pupillo 5. § ſi quis rivos 11. ff de nov. oper. nunc. & favendum eſt in extre-
2. mâ neceſſitate conſtitutis, l. 7. § 1. qui ſatisd. cog. l. 15. ex quib. cauſ. ma-
jor. Alienationis porrò vocabulum latiſſimè accipitur, ita, ut eo non ſo-
lùm diſtractionis titulus, quo rei dominium transfertur, cujuſmodi eſt per-
mutatio, venditio, donatio, legatum, c. un. de proh. feud. al. per Frid.
& c. un. verſ. donare, qual. olim pot. feud. alien. ſed etiam quo jus ali-
quod conceditur, ut oppignoratio, in emphyteuſin & dotem datio, c. un.
in pr. de inveſt. de re alien. fact. d. c. un. verſ. donare, qual. olim pot. feud.
2. alien. comprehendatur. An igitur feudum hypothecare poſſit vaſallus,
quotidiè diſputatur? Ita ſentiunt Bl in c. un. § 1. n. 1. de prohib. feud alien.
per Frid. Alvar. Iſern. & Petr. Raven. ibid. Bl. in c. un. § aut ſi libellario,
quib. mod. feud. amit. Curt. jun. part. 4. n. 95. Schenck. in d. § aut ſi libel-
lario n. 5. VVurmbſ. obſ. feud. 21. Hart. Hartm. obſ. feud. 20. Zaſ. part. 9.
Rat. con- n. 18. Roſenth. c. 9. concl. 15. Quorum ſententiam amplector, quia conſti-
firmatio- tutio Frider. tantùm prohibet oppignorationem, non etiam hypotheca-
nis. 1. tionem. Jam aliud eſt pignus aliud hypotheca, l. plebs 238. § pignus de V. S.
l. rem 9. § propriè de pignor. act. § inter pignus verſ. ſed & in aliis differen-
tia eſt, & verſ. ſeq. Inſt. de act. Reſtringi a. non extendi debet conſtitutio
illa, cum ſit odioſa, ſiquidem vaſallus feudum ſine conſenſu domini op-
2. pignorans, illud amittit. Deinde per hypothecam non transfertur poſſeſſio
feudi ad creditorem, ſicuti fit in pignore, ſed penes vaſallum remanet: Ea
v. alienatio prohibita eſt, quæ poſſeſſionem rei feudalis in alterum trans-
fert, d. c. un. § callidis, ibi: feudum vendunt & in alios transferunt. De-
3. niq; ratio, propter quam oppignoratio interdicta eſt, ne videlicet vaſallus
fructibus feudi oppignorati careat, ceſſat in hypotheca. Quare ipſa quoq;
prohibitio ceſſabit: Per hypothecæ n. dationem vaſallus non amittit reditus
feudi, cum retineat ejus poſſeſſionem. Ergò & poſſeſſionis commodum
quod eſt fructuum perceptio, l. 7. § fin. ff ex quib. cauſ. in poſs. l. Titia 48. ff
de ſolut. Hart. Hartm. obſ. feud. 20. Borch. c. 8. n. 60. Roſenth. c. 9. concl.
15. Diſſ. gl. in c. un. de alien. feud. & in c. un. de al. feud. patern. Laud. in c.
un. § 1. n. 11. de proh. feud. al. per Frid. Ardizo c. 116. Sonsb. part. 12. n. 100.
2. VVeſ. c. 11. n. 5. Ad longum tempus an locari poſſit, ulterius diſquiritur?
Vaſallum ad decem vel plures annos feudum locare non poſſe contendunt
Rationes Cl. ad § feudum q. 33. num. 1. Zaſ. part. 9. n. 12. Mynſ. 6. obſ. 30. n. 1.
dubitãdi Sonsb. part. 12. n. 84. Borh. c. 8 n. 36. propterea, quod talis locatio ſit
alienatio, gl. in l. ult. ff ſi ager vectig. quod item utile dominium transfera-
1. tur, & tali conductori actio in rem detur, l. 1. § fin. ff ſi ager vectig. l. 1. §
2. quod a. 6. ff de ſuperfic. ſed verior eſt contraria ſententia propter text. in c.
Rat. dec. un. § donare qual olim pot. feud. ubi locatio permittitur vaſallo, nec diſtin-
guitur
1.

guitur inter locationem longi vel brevis temporis. Igitur neq; nostrum erit distinctionem hanc introducere, arg. l. de pretio 8. ff de publ. in rem act. & decisionem hanc eatenus veram esse asserimus, quatenus pensio, quæ vasallo quotannis præstari debet, non sit exigua, sed tanta, ut respondeat quadam proportione sumptibus, quos vasallus in præstationem servitiorum expendere tenetur. Huc facit, quod locatio ad tempus alienatio non sit, l. non solet 39. locati, & locator rei locatæ possessionem retineat, l. 9. vers. deniq; ait ff de R. V. Non movent argumenta negantium præmissa. Locatio n. dominium non mutat, d. l. 39. unde nec alienatio dici poterit, Matth. de Afflict ad c. un. § aut si libellario n. 17. quib. mod. feud. amit. sic etiam aliàs in jure civili vendere vel alienare prohibitus, non videtur prohibitus locare, etiam ad centum annos, l. pen. § institutio 15. ubi Accurs. de legat. 2. Lex autem 1. § fin. ff si ager vectig. loquitur de agris publicis, Arius Pinel. in l. 1. part. 3. n. 66. C. de bon. matern. Malè igitur accommodatur ad res privatas. Præterea loquitur de conductione in perpetuum nec unquam finienda, quamdiu vectigal solvatur. Speciale deniq; est in l. 1. § 6. ff de superfic. Ædificatio n. non rectè & commodè fit nisi ab ipso domino, § cum in suo 29. Inst. de R. D. Cui igitur ædificandi jus conceditur, utendæ pro arbitrio areæ, eidem etiam utile dominium concessum videtur, l. in provinciali 3. § si ego 3. ff de oper. nov. nunciat. l. tutor. 7. § fin. ff de pignorat. act. Subinfeudatio an permissa sit, non incommodè hîc quæritur? Et permissam esse multis ex locis jur. feudalis apparet, c. un. § fin v. qual. olim feud. pot. c. un. § sed etiam res, per quos fiat invest. c. nu. § beneficium, si de feud. def. cont. c. u. § similiter de L. Corrad. & c. un. § præterea, ibid. gl. & Dd. de cap. Corrad. Curt. jun. part. 4. quæst. 1. n. 83. Clar. in § feudum q. 32. n. 1. Pistor. 2. q. 44. n. 1. Zas. part. 9. n. 15. modò hæc tria adsint: Primo, ut hoc faciat vasallus sincerè & bona fide, nec in fraudem legis atq; injuriam domini vel agnator. per text in d. § beneficium: Deinde ut personæ non disparis, sed ejusdem conditionis, cujus ipse est, vel etiam melioris feudum concedat, d. § beneficium, & d. § similiter, VVes. c. 4. n. 3. Borch. c. 8. n. 51. Tertiò, ut iisdem pactis & conditionibus alterum investiat, quibus ipse feudum à domino accepit, gl. in d. § præterea, Schenck. in d. § sed etiam n. 3. Jacob. super verb. ita etiam quod ipsi vasalli, n. 3. Sonsb. part. 12. n. 94. Blanch 1. f. 4. n. 9. Duar. c. 12. n. 13. Schneidevv. part. 3. n. 89. Borch. c. 8. n. 49. & seqq. VVes. c. 11. n. 9. Hartm. Hartm. obs. feud. 38. Mynsf. d. obs. 62. cent. 1. Pistor. d. q. 44. n. 4. Diss. Hottom. in disp. feud. 34. & in comm. ad cap. un. §. callidis de proh. feud. al. per Frider. qui hoc jus postea per constit. Frider. abrogatum esse contendit. An transigere possit de feudo controverso vasallus, ulterius videndum? Communiter ita distingui solet, ut vasallus transigere de feudo possit, modò id bonâ fide & sine omni fraude faciat, nec donandi vel diminuendi, sed decidendi animo, arg. l. Lucius Titius 46. in f. ff. de adm. & per. tutor. cap. un. de controvers. inter vasallum & alium Clar. ad §. feudum quæst. 38. Rosenth. c. 9. conclus. 21. Schrad. part. 8. c. 1. n. 44. & seq. Dn. Præcept. Fomannus in

2.

R. ad 1. dubit.

rat.

R. ad 2. dubit.

rat.

2.

2.

prælect. ad tit. C. de transact. c. 1. q. an vasallus de feudo transigere potest, Borch. c. 8. n. 44. (*b*) veluti, si munitiones, arces, castra, civitates vel alias possessiones domini assiliat, cum hoc ipsum maximè contra jusjurandum fidelitatis veniat, c. un. in pr. ibi: si dom. assilierit, vel castrum domini quib. mod. feud. amit. & c. un. un. vers. tutum, & vers. utile, de form. fidel. (*c*) c. un. § contrario, vers. meliorem, de invest. de re al. &. c. un. § 2. ibi. aut patrimonii grandem jacturam facere molientem, quæ fuit pr. caus. ben. & cap. un. § publici, de pace tenend. & ejus violat. Curt. jun. part. 4. n. 44. Zas. part. 10. n. 54. Jacob. in verb. dictiq; vasalli n. 36. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cent. 1. casu 78. secando arbores fructiferas, & subditos malè tractando, Bl. Alvarot. Præpos. in c. un, §. quicunq; de pace ten. Boër. decis. 55. in fin. & decis. 304. VVesenb. c. 15. n. 6. Schrad. part. 9. c. 6. n. 61. Mynsf. cent. 5. obs. 8. n. 6. & seqq. Gail. 1. obs. 17. n. 3. & seq. Intrigl. q. feud. 98. n. 207. (*d*) d. § quicuuque ubi Bl. & Alvarot. Jacob. d. n. 36. Intrigl. d. q. 98. n. 206.

XI.

Occasione personarum dominum offendit, ubi personis tam potestati quam affectui ipsius subjectis injuriam infert, veluti si filiam aut neptem ex filio (a) *sororem item* (b) *nurum* (c) *matrem* (d) *vel uxorem* (e) *quantumvis volentes & consentientes, carnaliter cognoscat,* (f) *aut aliam gravem & notabilem maculam vel contumeliam ipsis aspergat.* (g)

(*a*) cap. un. vers. item si fidelis, quib. mod. feud amitt. & c. un. §. 2. vers. rursus quæ fuit pr. caus. ben. Ardizo in sum. tit. quib. mod. feud. amitt. Blanch. lib. 2. c. 1. n. 67. Zas.. part. 10. n. 24. Sonsb. part. 12. n. 26. Borch. c. 8. n. 92. Rosenth. c. 10. concl. 27. n. 5. Intrigl. q. feud. 87. n. 53.

obj. Vultei c. 11. n. 31. Non obstat dubitatio, quam de nepte ex filio movet Cujac. in d. vers. item si fidelis, ubi pro illis verbis. *aut cum nepte ex filio*, le-

R. gendum putat, *aut nuru* id est *nupta filio*. Potest enim dari ratio satis probabilis, quare vasallus non æque, si neptem ex filiâ stupret, feudo cadat, atque si delictum illud commissum sit in neptem ex filio, siquidem neptis

neptis ex filio nascitur in familiâ avi paterni, quod non est in nepte ex filiâ, quæ familiam patris sui sequitur §. ult. Inst. de patr. potest. atque adeò non censetur in hac tàm magnum dedecus in familiâ illa, à quâ vasallus feudum habet, quam in illa nepte, quæ nata est ex filio, Vultei d. n. 31. Rittersh. lib. 2. c. 5. q. 92. (c) dum adhuc innupta est, d. vers. item si fidelis, ibi: aut cum sorore domini concuberit, si in domo domini maneat: ubi in domo manere idem est quod innuptam sive virginem manere, siquidem eo ipso, dum soror manet innupta, manet in domo, id est, in familia, de quâ est frater: id quod magis expressit idem Obertus in c. un. § 2. vers. rursus, ibi: aut sorori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, quæ fuit pr. caus. ben. amit. Unde consequitur, ut sive habitet in domo fratris, sive non habitet soror à vasallo stuprata cum fratre suo, & ubicunque id fiat, vasallus ob illud delictum feudum suum amittat, quia jus familiæ personam ubique comitatur. E contrario autem si soror domini, quæ à vasallo vitiata est, alteri sit nupta, ut maximè habitet in ædibus fratris sui, vasallus feudum non amittit, quia non stupravit sororem domini sui in capillo existentem, Vultei d. c. 11. n. 31. Schön. vol. 1. disp. 10. th. 62. lit. g. Hierem. Setzer disp. feud. 9. th. 4. lit. c. Ratio differentiæ est, quia hac posteriore casu contumelia sororis non tam propè attingit dominum feudi fratrem, ejus, quam priori casu. Nubendo enim alteri à domo fratris transit in familiam mariti sui, qui illam injuriam vindicare potest, secundum § patitur a. Instit. de injur. Diss. Zas. part. 10. n. 24. Mozzius tit. ex quib. caus. feud. amit. n. 59. Schenck. in d. § item si fidelis n. 15. qui saltem, ut soror domini in domo ipsius habitet, volunt, nec distingunt, utrum nupta sit aut vidua. Alii aliter dissentiunt, qui hæc duo conjunctim requirunt, unum, ut cum fratre suo, qui est vasalli dominus, in eâdem domo habitet, & alterum, ut sit adhuc innupta Sonsb. part. 12. n. 20. (c) d. § item si fidelis, & d. § rursus si domini (d) c. un. ibi: ad tuam vel tuorum iujuriam, de nov. form. fidel. Facit Nov. 105. c. 2. Alvarot. Afflict. & Schenck. in d. § item si fidelis Rosenth. c. 10. conclus. 27. n. 25. tum quia filii. dignitas in matrem quoque derivatur d. Nov. 105. t. 2. in pr. l. fin. § fin. C. de priv. scholar. tum quia sororem domini vitians vasallus feudum amittit, quanto magis eo exuetur, si stuprum matri ipsius inferat, cum longè major sit conjunctio & necessitudo inter matrem & filium, quam inter fratrem & sororem, siquidem frater facilius exheredare potest sororem suam, quam filius matrem, ut patet ex collatione textus in Nov. 22. c. 46. § ult. & c. 47. cum text. in Novell. 115. c. 4. Unde major etiam injuria ex constupratione matris quam sororis ad dominum redundat: tum quia mater non minus in domo i. e. in familia domini est, quam soror ejus quæ adhuc est in capillo, tum etiã quia suorum appellatione in d. c. un. de nov. form. fidel. vel imprimis continetur, utpote cujus viscerum portio fuerit filius, Rittersh. lib. 2. partit. feud. c. 5. q. 106. Contrarium tenent Eguinar. Baro lib. 3. de be benef. c. 2. Franc. Sonsb. part. 12. n. 19. (e) d. vers. item si fidelis, & d. § rursus si domini,

domini, c. un. quib. mod. feud. amit. c. un. § fin. de feud. sine culp. non amit. c. un. quot test. sint necess. c. un. de vasal. qui contr. const. Lothar. & in constit. Heinr. de causis amit. feud. Et hoc procedit non tantùm si actum perfecerit, sed etiam si perficere saltem conatus fuerit, etsi effectu sceleris potitus non sit, ut loquitur Paulus JCtus in l. 1. ff de extraord. crimin. & lib. 5. sentent. 4. tum quod jure civili sæpius conatus pro effectu puniatur, l. 15. §. 15. & 22. ff de injur. l. 5. C. de Episcop. & cler. l. un. C. si quacunque præditus potestate, juncta l. 1. § 2. & d. l. 15. § 24. de injur. l. 18. §. ult. de minor. l. 5. C. ad L. Jul. Majest. l. 7. C. ad L. Cornel. de sicar. l. 14. ff eod. Tum etiam quod in uxore quævis pudicitiæ attentatio feudo vasallum privet, sive cum ea turpiter ludat, impudicè eam contrectando, Rittersh. d. c. 5. q. 94. Hottom. in d. §. item si fidelis, ibid. gl. in verb. luserit, sive in loco suspecto eam deosculetur, & osculum illud turpe, impudicum & luxoriosum sit. Veteres n. osculo pudicitiam mulierũ delibari crediderunt Borch. c. 8. n. 68. & seqq. Rittersh. d. c. 5. q. 95. sive etiam literas amatorias ad illam mittat, aut munusculorum illecebris pudicitiam ejus sollicitet, aliisq; strophis ad expugnandam pudicitiam illius utatur, gl. in verbo exercuerit, Jacob. de Ardizone in Epit. jur. feud. c. 85. Curt. jun. part. 4. n. 24. Schenck. ad d. § item si fidelis. An feudum, si vasallus cum reliquis personis concumbere conatus fuerit, committatur, non immeritò dubitatur? Affirmant multi, inter quos sunt Laud. in d. § item si fidelis n. 7. Jsern. & Afflict. ibid. Curt. jun. part. 4. n. 26 Blanch. 2. f. 1. n. 67. VVes. c. 16. n. 5. Rosenth. c. 10. concl. 28. Schrad. part. 9. c. 2. n. 72. propter juramentum, quod vasallus domino præstitit, cap. un. de form. fidel. & c. un. ibi: ad tuam vel tuor. contumeliam de nov. form. fidel. Rectius sentire videntur Bl. in d. c. in un. vers. vel si cum filia in fin. quib. mod. feud. amit. Schenck. in d. vers. item si fidelis n. 25. Sonsb. d. part. 12. n. 31. qui ut ipsum factum consummatum sit, requirunt: quæ sententia expressè confirmatur per d. vers. item si fidelis. Quæ de uxore domini dicta sunt, an in ipsius viduâ locum habeant, disquiritur? Nego. Utcunque enim de jure civili vidua in eodem matrimonio vivere, & defuncti mariti honore & radiis corruscare, l. ult. C. de incolis lib. 10. l. mulieres 13. C. de dignit. lib. 12. atque adeò ejusdem privilegia & dignitatem retinere dicatur, l. quoties C. de privil. scholar. lib. 12. Dd. in auth. ejusdem C. de secundis nupt. & in auth. Sacramentum C. quan. mul. off. tutel. fung. Hoc tamen jure feudali receptum est, quod vasallus, si concumbat cum vidua domini sui, feudum non amittat c. un. in fin. de feud. sine culp. non amit. ubi Bl. in § 1. n. 4. Schenck. in d. vers. item si fidel. Vultei c. 11. n. 31. Schön. vol. 1. disp. 10. th. 66. lit. e. Hierem Setzer. disp. feud. 9. th. 3. lit. c. Diss. gl. in d. c. un. § fin. de feud. sine culpa non amit. Alvarot. Præpos. Isern. & Afflict. in d. § item si fidel. Jacob. super verb. dictique vasalli n. 29. Curt. jun. part. 4. n. 20. Zas. part. 10. n. 27. Sonsb. part. 12. n. 16. Borch. c. 8. n. 96. & seq. Rosenth. cap. 10. conclus. 27. in fin. Clar. ad § feudum q. 48. num. 2.

2.

2. *Rationes dubitãdi*

num. 2. Boër. decis. 338. n. 7. Tiraq. de nobil. c. 18. Rittersh. d. c. 5. q. 103. Nisi vasallus intra tempus luctus viduæ domini vitium offerat, quo sanè casu se ideo indignum reddit beneficio feudi, quia vasallus intra tempus luctus cum viduâ domini se commiscens, suspicionem de se movet adulterii vivo marito cum illâ commissi, Nov. 39. c. 2. §. sed quia vers. si enim illas. Deinde mas sive vasallus, qui intra luctus tempus cum viduâ concumbit, occasionem præbet turbando sanguini, & facit, ut incertus nascatur fœtus, dum nescitur, utrum ex priore, an posteriore marito fuerit conceptus, l. 1. & l. 11. § 1. de his qui not. infam. Hinc qui sciens talem uxorem ducit, quæ priorem maritum nondum eluxit, infamia notatur dd. ll. Quibus argumentis addimus autoritatem Rolandi à valle consil. 86. n. 40. & 47. vol. 2. Molin. ad consuetud. Paris. tit. 1 § 30. n. 143. & Borch. d. c. 8. n. 97. Quid si pedissequam dominæ stupret vasallus? Nec tum locum habebit privationis pœna, Matth. de Afflict. in c. un. § sed quia n. 34. quæ fuit pr. caus. ben. Andr. de Isern. Alvar. Præpos. & Afflict. in c. un. § 1. quib. mod. feud. amit. Jacob. super verb. qui quidem investiti n. 20, & super verb. dictiq; vasalli n. 29, Curt. jun. part. 4. n. 22. Rosenth. c. 10. conclus. 27. n. 41. Schrad. part. 9. c. 2. n. 97. Sonsb. part. 12. n. 22. Intrig. quæst. feud. 86. n. 48. Vultei d. c. 11. n. 31. Licet enim per hoc vasallus in perjurium cadat ex præstito juramento super honestate domini conservanda, non tamen statim ex tali inhonestate feudum amittet, nisi hoc flagitium contra personas prohibitas, vel eas saltem, in quib. par vel major ratio militat, perpetret, siquidem non ex omni causâ, ex quâ opinio vasalli gravatur, beneficio privatur, cum sæpè dejeret, & nihilominus beneficium retineat, d. c. un. § 2. vers. illud n. quæ fuit pr. caus. ben. nec quævis occasio, propter quam fidelis accepti beneficii forsan ingratus argui posset, ad privationem sufficit, sed sunt ingratitudinis causæ certis limitibus circumscriptæ, quibus beneficium adimitur, c. un. vers. de illa tamen in quib. caus. feud amit. (f) l. 1. § 5. l. 26. ff de injur. Alvar. Præpos. Afflict. & Isern. in d. § item si fidelis, Curt. jun. part. 4. n. 20. & 29. Zas. part. 10. n. 17. Sonsb. part. 12. n. 16. Schrad. d. c. 2. n. 9. (g) c. un. § 2. vers. porrò, quæ fuit pr. caus. ben. & c. un. ibi: & nunquam ex personâ meâ faciam aliquid scienter, quod pertineat ad tuam vel tuorum injuriam vel contumeliam de nov. form. fidel. Jacob. sup. verb. dictiq; vasalli n. 29. Vultei d. c. 11. n. 32.

Q R. confirmandi 1. 2. 3. 2.

XII.

Directò & immediatè dominum lædit, si ipsum non mortuum, nec ad mortem vulneratum in acie deserat (a) *aut secreta domini revelet.* (b)

(a) c. un. quib. mod. feud amit. c. un. § fin. de feud. sine culp. non amit. c. un. § 2. vers. item qui dominum, quæ fuit pr. caus. ben. c. un. vers.

 seu in

ieu in campestri, quot testes sunt necessar. Jacob. superverb. & promiserunt n. 17. & seq. Zas. part. 10. n. 18. Sonsb. part. 12. n. 12. Rosenth. c. 10. concluf. 16. n. 1. De eo dubitatur, an si alter ex duobus fratribus communem feudum possidentibus, fratre interim altero dominum defendente & in prælio persistente, fugiat, feudum pro sua parte amittat? Affirmativam tuentur Cotta in memorabilibus vers. vasallus, Rosenth. c. 10. conclus. 16. n. 9. & seqq. Sonsb. part. 12. n. 13. Borch. d. c. 8. n. 87. Vultei c. 11. n. 19. Quos sequor. Si enim uterque dominum desererent, utique feudo caderent. Idem igitur juris in alterutro statuendum per l. singularia 15. ff si cert. pet. Deinde soliditas id est, communio rerum non liberat socium delinquentem à pœnâ delicti, l. rei communis 45. ff pro socio, l. 52 §. ult. d. t. Tertio vasallus de feudo partem alienans non totum, sed partem tantùm amittit, c. un. de vasallo qui contra const. Quartò pœnæ suos tenere debent autores, l. sancimus 22. C. de pœnis. Quintò delictum patris innocenti filio nihil nocet. Ergò neque delictum fratris fratri nocebit, l. 2. § 7. ff de decur. l. 26. ff de pœn. Sextò quia si socius rem communem portans non solverit vectigal, ejus pars in commissum cadit, non etiam pars alterius socii. l. 2. § 2. l. 87. in fin. l. ult. § 11. ff de publican. Confert item huc text. in l. p. C. de condit. insertis & l. si ita fuerit 13. in pr. & §. 1. & 2. ff de manumiss. testam. Diss. Bl. Alvar. Præpos. in d. c. un. in pr. quib. mod. feud. amit. Jacob. sup. verb. & promiserunt n. 20. Curt. jun. part. 4. n. 18. Boër. decis. 300. n. 3. Schrad. part. 9. c. 1. n. 5. (b) per text in c un. quib. mod. feud. amit. & c. un. vers. tutum de form fidel. in c. un. ibi: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit dominus, pandam alii ad ejus detrimentum me sciente, qual. jurar. deb. vasall. & c. un. in verb. & si aliquid de secreto mihi manifestaveris, illud sine tuâ licentiâ nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam, de nov. form. fidel. Non a. requiritur, ut voluntatem nocendi damnum reipsa subsecutum sit: Quia feudorum placita duntaxat duo prædicta requirunt, dolum scilicet & voluntatem nocendi. Deindè vasallus, quando secreta domini eliminat, non simplicis delicti, sed perjurii se participem facit; Domini autem interest non habere vasallum perjurum, infidelem, loquacem aut garrulum, qui nihil neq; dicere neq; facere pensi habet. Præterea voluntas sive propositum delinquendi facto jam declaratum, non exitus spectatur l. 14. ff Ad l. Cornel. de sicar. l. 6. C. Ad Jul. de vi publ. l. 53. ff de furt. Deniq; ipsum damnum, quod vasallus infert domino, per se causa est amittendi feudum huic causæ oppositain c. un. vers. Utile de formâ fidel. & c. un. § Item si delator quæ fuit pr. caus. & c. un. § similiter vasallus de consuetud. rect. feud.

2.

Rat. confirmat. 1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

2.

Rat. 1.

2.

3.

4.

XIII.

Item si contumax in dominum fiat (a) *negotium grave ipsi facessat* (b) *feudum vel feudi partem ejusve conditionem aut qualitatem inficietur.* (c)

(a) Quam

(a) Quam committit vasallus vel circa negotia extra judicium, vel circa negotia, quæ in judicio agitantur. Extra judicium contumax fit, si juramentum fidelitatis tribus vicibus legitimo temporis spacio interposito requisitus præstare detrectet, c. un. § est & alia, quæ fuit pr. caus. ben. aut si filium, qui dominũ offendit, eo requirente, ad eundem non deducat, vel certè à se non separet, Zas. part. 10. n. 57. Sonsb. part. 12. n. 60. Rosenth. c. 10. concl. 2. n. 1. aut si subvasallus dominum superiorem offenderit, & dominus offensus vasallum suum, cujus offendens est subvasallus, requirat, ut de offensa commissa ipsi satisfiat, nec tamen vasallus desiderio domini satisfaciat, quo casu uterq; feudum amittit, c. un. § insuper, de proh. feud. al. per Frider. Zas. part. 10. n. 58. Sonsb. part. 12. n. 61. Rosenth. c. 10. conclus. 10. n. 4. Circa negotia verò, quæ in judicio agitantur, vasallus contumax est, si domino justitiam facere recuset, c. un. § illud tamen, quæ fuit pr. caus. ben. amitt. (b) modò per hoc dominum grave dispendium sustinere faciat c. un. § 2. vers. item si delator, quæ fuit pr. caus. ben. amit. quod multis modis fieri potest, vel in judicio vel extra judicium, sive illud criminale sit, sive civile, c. un. § similiter de consuet. rect. feud. ut si dominum accuset, d. § similiter, Zas. part. 10. n. 4. Sonsb. part. 12. n. 46. Borch. c. 8. n. 112. Rosenth. c. 10. concl. 35. n. 2. Intrigliolus quæst. feud. 98. n. 123. & inprimis, si famosam aliquam actionem adversus dominum instituat, c. un. vers. curia, ibi: eumq; salvâ reverentia cogere, de milite vasall. qui contumax, & c. un. ibi: quomodo n. vasallus, quàm humiliter, quàm devotè quàm benignè, quàm fideliter erga dominum suum debeat se habere, in quib. caus. feud amit. gl. & Dd. in d. § item si delator, & in d. c. un. §. si verò, de mil. vas. qui contum. Blanch. 2. feud. 1. n. 55. Rosenth. c. 10. concl. 23. vel si advocationem adversus ipsum suscipiat, Zas. d. part. 10. n. 42. Sonsb. d. part. 12. n. 46. Rosenth. d. c. 10. concl. 22. Mozzius ex qnib. caus. feud. amitt. n. 33. Si testimonium in causa criminali vel civili non modica contra dominum dicat, c. un. § similiter, de consuet. rect. feud. ubi Cujac. Vultei d. c. 11. n. 27. vers. Similiter vasallus, nisi à judice nullam excusationem admittente testimonium perhibere compellatur, quo casu à pœna privationis immunis erit, Zas. d. part. 10. n. 49. Borch. c. 8. n. 128. Cum dolo malo facere non videatur, qui jussu judicis aliquid facit, cui parere necesse habet, l. 167. § 1. de R. J. (c) c. un. § vasallus si feudũ & § vasallus feudum, si de feud. def. cont. & c. un. § fin. de L. Corrad. Zas. part. 10. n. 51. Sonsb. part. 12. n. 63. Borch. c. 8. n. 115. Rosenth. d. c. 10. concl. 32. Cacher. decis. Pedem. 29. n. 19. & seq.

XIV.

Deniq; si gravi & inhonestà injuriâ dominum afficiat (a) *amicitiam cum inimico vel hoste domini in ipsius perniciẽ contrahat* (b) *aut vitæ ipsius insidias struat* (c)

(a) Siv

(a) Sive re nve verbis, c. un. § 2. verſ. porrò quæ fuit. pr. cauſ. ben. c. un. ibi: quod tu recipias in perſonâ tuâ aliquam læſionem vel injuriam vel contumeliam vel quod tu amittas aliquem honorem, de nov. form fidel. Zaſ. part. 10. n. 39. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 265. n. 61. Borch. c. 8. n. 110. Roſenth. c. 10. concl. 20. & ſeq. Schrad. part. 9. c. 4. (b) c. un. ubi Alvar. quot teſtes ſunt neces. gl. in c. un. in verb. aſſal. quæ fuit pr. cauſ. ben. Zaſ. d. part. 10. n. 32. Clar. in § feudum q. 54. Sonsb. part. 12. n. 43. Borch. c. 8. n. 121. & ſeqq. Roſenth. d. c. 10. concl. 12. n. 14. Schrad. part. 9. c. 5. n. 23. & ſeqq. Vultei c. 11. n. 29. (c) Veneno, gladio, vel alio modo, d. c. un. verſ. incolume, de form. fidel. & c. un. ibi: quod tu amittas vitam vel membrum aliquod, & d. verſ. porrò ſi dominum, Matth. de Affl. in. c. un. § fin. n. 23. quib. mod. feud. amit. Petr. de Bella Pertica tit. 9. n. 12. Jacob. in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt n. 44. Sonsb. part. 12. n. 33. verſ. quinta concluſio, & n. 38. verſ. quintò diximus, Borch. c. 8. n. 110. Roſenth. c. 10. concl. 17. n. 13. Schrad. part. 9. c. 4. n. 25. Intrigliol. q. feud. 89. n. 67. Vultei c. 11. n. 20. & Rittersh. lib. 2. part. feud. c. 5. q. 5.

COROLLARIA

I.

Mulier ratione dotis omnibus creditoribus etiam expreſſam hypothecam anteriorem habentibus præfertur.

II.

Pater pontificiæ confeſſionis filium reformatæ religionis tanquam hæreticum exheredare non poteſt.

III.

In re duobus venditâ potior is habetur cui res prius eſt tradita.

DISP. XI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0035-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0036-2

X2617642

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0037-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0038-3

FEUDALIS
ORDINARII
O DECIMA
E
NE FEUDI
A M
CENTE
itate Nobilissimi &
um ordinis in in-
LANA.
ESIDIO
Consultissimi
GI. WERTHERI
& curiæ provincia-
dignissimi
scutiendam proponit
Nack Erphordiens.
3. April.
N Æ
S WEIDNERI
LUTIS

XI.

Oro Magno Erbfriedrey I. U. L.
Lipsiensis, assessori Lip-
et affini suo Colendissimo o,

21
1611, 7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-597349-p0039-2